


Unius et viginti codicum recensionis, quam perfecimus, summam ita figurare nobis liceat:



Constat ergo traditionem *Enarrationum* 141–150, si interim testimonium  $\beta$  excipiamus, bipertitam esse, propterea quod ex archetypo  $\omega$  duo hyparchetypi profluxerunt, quos siglis  $\lambda$  et  $\gamma$  notavimus.

### De hyparchetypo $\lambda$

Ex  $\lambda$  ortos esse et hyparchetypum  $\pi$  et codices antiquiores  $U$   $f_3$  probant corruptelae communes:

142,10,27sq. ipsius ... loquatur *om.*  $\lambda$  ( $=\pi U, f_3$  *deest*); 142,11,1 omne donum *om.*  $\lambda$  ( $=\pi U, f_3$  *deest*)  $\varepsilon \zeta P_{23} X ma$ ; 143,2,9sq. tempore ... tempore] tempus ... tempus  $\lambda$  ( $=\pi U, f_3$  *lnp.*)  $P_{15}$ ;

143,18,22 plena *om.*  $\lambda$  ( $=\pi U, f_3 \text{ lnp.}$ ); 144,7,21 veri] viri  $\lambda$  ( $=\pi U, f_3 \text{ deest}$ ); 145,4,25 quid potest esse *om.*  $\lambda$  ( $=\pi U f_3$ )  $\zeta$ ; 145,19,9 colunt] timent  $\lambda$  ( $=\pi U, f_3 \text{ deest}$ )  $P_{15}$ ; 146,15,2 cui deo nostro *om.*  $\lambda$  ( $=\pi U, f_3 \text{ deest}$ ); 147,18,30sq. non ... illic *om.*  $\lambda$  ( $=\pi U f_3$ )  $\varepsilon \zeta P_{23} P_{15} Y$ ; 147,22,21 magis] minus  $\lambda$  ( $=\pi U, f_3 \text{ lnp.}$ ); 149,12,35 inquit *om.*  $\lambda$  ( $=\pi U f_3$ ); 149,6,18 non<sup>1</sup> ... offeras *om.*  $\lambda$  ( $=\pi U, f_3 \text{ deest}$ )

Huius generis exempla in *En.* 141 nisi duo neque satis ad probandum apta repperimus: 141,7,19 ut *om.*  $\lambda$  ( $=\pi U$ ); 141,18,25 si] caro *add.*  $\lambda$  ( $=\pi U$ )  $\varepsilon \text{ ma}$ . At nemo miretur quod hyparchetypi  $\lambda$  errores perpauci fuerint: nam exemplar illud antiquissimum quam proximum fuisse archetypo Hipponensi credibile est.

Codices vero  $U f_3$  strictius inter se cohaerere, et tamen neutrum ex altero esse probant haec errorum exempla:

144,13,47 tamquam *om.*  $U f_3$ ; 147,17,14 Moysen] Moyses  $U f_3$ ; 147,22,22 velocitatis<sup>2</sup>] velocitate  $U f_3$ ; 147,22,30 virtus] verbum  $U$ ; 148,8,5 et ... beati *om.*  $f_3$ ; 148,13,6.7 explicata] explicita *bis*  $U f_3$

In textum autem hyparchetypi  $\pi$  restituendum codices quatuor sufficiunt in duas familias ita distributi:

$$\pi \left\{ \begin{array}{l} \alpha : V_2 M c_1 \\ \delta : A H_1 \end{array} \right.$$

Quorum librorum ut originem et cognationem comprobemus, communes errores nonnullos subicimus:

141,15,34 habitatores ... dicuntur *om.*  $\pi$ ; 142,6,18 in carne vivens moriturus vivens *om.*  $\pi$ ; 143,11,31 in nocte *om.*  $\pi$ ; 144,4,16 magisterium] mysterium  $\pi$ ; 145,6,13 satagis] agis  $\pi e_3$ ; 145,13,4 forte ... homo *om.*  $\pi$ ; 146,10,8 alii<sup>1</sup> ... spiritu *om.*  $\pi$ ; 147,17,25 et in Abraham *om.*  $\pi$ ; 148,1,25 utrumque figuratum est *om.*  $\pi$ ; 149,3,31 dicat *om.*  $\pi$ .